Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

sunt corporis portiones: Propiore uti exemplo licet: Cum quis habet filium
quem unice diligat: qui tamen se in domo & in manu patris: licet ei no
men domini ꝑtatemq; concedat: ciuili tamen uidetur et un domus una
& unus dominus nominatur. Sic hic mundus una dei domus est: & fi
lius & pater qui unanimes incolunt deu mundum deus unus: quia
unus est tamq̄ duo. & duo tamq̄ unus: Neq; id mirum: cum & filius sit
in patre Quia pater diligit filium & pater in filio. Quia uoluntati patris
fideliter paret: unq̄ faciat aut fecerit: nisi q̄ pater aut voluit aut iussit:
denique unū deum esse tam patrem q̄ filium. Israel in illo exemplo quod su
perius posuimus ondit: cum dicer & adorabunt te & in te precibunt: qm̄
in te deus est: & non est alius deus preter te. Sed & alio loco sil̄r ait: Sic
dicit deus rex israel & qui eruit eum deus eternus. Ego primus & ego
nouissimus & preter me non est deus: Cum duas ꝑsonas proposuisset dei
regis .i. xpi & dei patris: qui eum post passionem ab inferis excitauit sicut
ostendisse diximus osee ꝓphām qui ait: Et de manu inferorum eruā eū:
tamen ad utramq; ꝑsonam referens intulit: & preter me non est deus.
cum posset dicere preter nos: Sed fas non erat plurali numero sepatioē
tante necitudinis fieri: Unus n. est solus liber deus sūmus carens origine:
Ipse quia est origo rerum & in eo simul & filius & omnia continentur: Q̄
ꝑp cum mens alterius & voluntas in altero sit vel potius una in utroq;
merito unus deus uterq; appellatur. Quia quicqd est in patre ad filium
transtulit: & quicqd est in filio a patre descendit Non pōt igitur sūmus il
le ac singularis deus nisi per filium coli: qui solum se patrem colere putat:
sicut filium non colit: ita nec patrem quidem colit: Qui autem filium sus
cipit & nomen eius gerit is vero cum filio simul & patrem colit: quoniam
legatus & nuncius & sacdos sūmi patris & filius: Hic templi maximi Janu
a est: Hic lucis uia. Hic dux salutis: Hic hostium uite:

.xxx.

Sed qm̄ multe hereses extiterunt: & instinctibus demonum
populus dei scissus est: determinanda est nobis veritas breuit:
& in suo proprio domicilio collocanda: ut si quis aquā uite
cupiet haurire: non ad detritos lacus deferatur: qui non habent venam:
sed ubertimū dei nouerit fontem: quo irrigatus ꝑhenni luce potiatur:
Ante omnia scire nos conuenit & quoniam & quō legatum eius pre
dixisse: quod plurime secte & hereses haberent existere: que concordiam
sancti corporis rumperent: ac nouissime: ut sūma prudentia caueremꝰ:
neqn̄ in laqueos & fraudes illius aduersarij nr̄i: Cum quo nos deus luc
tari voluit: incideremus: Tum dedisse certa mandata: que in ꝑpetuum